 dendo rus. ut amatu amaturus. visu visurus. peru perurus. orioz tamerfi hz
 supinum ortum. unde ortus participium. tamen facit orturus: Horatius in epistolis Nil ort-
 turum alias. nil ortum tale fatentes.

In tus sus rus unde formantur? ab extremo supino addendo s ut amatu
 amatus. visu visus. imperu imperus a morioz tamen debuit esse moritus quod
 proportio magis exigebat. Prisciano teste. quia supinum est moritum quod
 etiam indicat. moriturus. sed facit mortuus geminato u quod in nullo alio
 participio inuenitur.

In dus unde formatur? a genitio sui presentis participij mutando tis in
 dus. ut amans amantis. legens legentis. osculans osculantis. tis in dus fit
 amandus. legendus. osculandus.

A verbo actiuo quot participia deriuantur? duo. alterum presentis et preteriti
 imperfecti temporis in ns. ut amans. i. qui amat vel amabat. Alterum futuri in rus
 ut amaturus. i. qui amabitur.

Que actiua non habent participium in rus? que deficiunt supinis. et
 sunt hec.

Compesco cerno renuoque et respuo linguo
 Sugo refello timet lambio vigeo et ambigo caluo
 Visoque cum metuo posco linquo arceo disco
 Et cum compositis sunt hec sine cuncta supini.

Compesco	scis	scui styllen
Dispesco	Plinius	Affricam ab ethiopia dispescens
Renuo	is	nui vnder vegen lassen.
Respuo	is	spui idem
Lingo	is	ri lecken

¶ ¶.

Sugo	is	ri saugen
Refelio	is	elli anschlagen
Linfuo	quis	vui supinū esset fm analogiam lictum vnde rella
crum nachlasszen		
Lambo	bis	bi idem
Urgeo	ges	vri tringen
Ambigo	gis	sine preterito z supino t3: veyffeln
Caluo	uis	ui betriegen
Viso	sis	si offt sehen

Terentius. Visam si domi est. Cetera dicta sunt in actiuis.

¶ A verbo passiuo quot participia descendunt: duo. Alterum preteriti perfecti z plusq̄ perfecti t̄p̄s in tus vel sus vel xus. vt amatus visus perus. i. qui amatus visus perus fuit vel fuerat. vel per actiuū. quem amauit amaui amaueram: vidi vel videram. perui vel perueram. Alterum futurum in dus. vt amand⁹ id est qui amabitur vel quem amabo.

¶ Que habent vnum t̄m participium. id est futuri in dus: que deficiunt supinis. quare: quia quā participium preteriti temporis inclinatur a supino z supinū non fuerit: nec participia erūt: que a supino nascuntur. z sunt ea que paulo ante carminibus complexi sumus.

¶ A verbo neutro quot participia descendunt: duo. Vnū p̄ntis z preteriti imperfecti t̄p̄s in ns. vt seruiens. i. qui seruit vel seruiebat. Alterū futuri in rus. vt seruiturus. i. qui seruiet vel a quo seruietur.

¶ Que neutra h̄nt quattuor p̄cipia: que h̄nt passiuū in tertijs p̄sonis. vt seminando z aro. z cetera vt seminans z seminaturus in actiua f̄catione z seminatus z seminandus in passiuā.

¶ Que neutra habent tria participia: hec.

Prandeo ceno meret nuboq̄ z iuro quiesco

Et placeo et taceo tituboq̄ et gaudeo fido

Fioq̄ cum soleo assuesco atq̄ audeo iunge.

¶ Habent enim participium presentis preteriti et futuri in rus. vt prandeo prandens pransus et pransurus. Lenocenas cenatus et cenaturus. et sic reliqua.

¶ Sit tamen vel nullum habet propriū participium vel vnum tantum fiens quod non inueniri inquit Laurentius Vallā. et si Priscianus ponit. et Diomedes rarissimum dicit. Factus enim est a supino factu quod a facio est. cui⁹ passiuum erat facior apud veteres. futurus a sum est poti⁹. vt ait Diomedes. quāuis a suo antiquo verbo esse videatur. Quod vero non fit facturus a fio p̄ futurus ostendit a prosum et defuturus a desum fiendus vero barbāre dicitur pro eo docti faciendus vtuntur.

¶ A sum etiā ens quo vsus ē Cesar et greci ων dicunt. non est in vsu frequēti nisi apud dyalecticos et philosophos etatis nostre. A sum vero composita carent participijs. preter absūm absens. presūm presens. possūm potens. quod t̄m nomen esse vult Diomedes.

¶ Que participia preteriti temporis tam actionem q̄ passionem significant pransus cenatus potus iuratus. Dicimus ego prandi et cenauit et pransus et cenatus sum ficos. et fici pransi et cenati sunt a me. potaui et potus sum aqua et aqua pota est a me. ego iuraui et iuratus sum numina. et numina iurata fuerunt a me.

Mereo es rui et ritus sum vordinen
Juro as aui z iuratus sum schyveren
Pateo es tui et passus sum leyden. Sed passus est etiam a
patior et a pandor.
Titubo bas bani et batus sum zvancken
Que neutra nō nisi vnū hñt participiū: que carent supinis et sunt hec.
Strideo sterto rudo stridit micat ostuo psallo
Et conquini sco. et quando dat parco peperci.
Scandoq; cum mando scabit et pauet hoireo scalpo
Et luo glisco tremo satagoq; et obedio dego
Dicturio hoireoq; et cetera talia: preter
Parturio esurio. et per vi quecunq; secunde.
At caleo: fuerint. sed habent tamen ista supinum.
Cum placeo noceo libeo careo pateoq;
Toret olet valeo paretq; doletq; latetq;
Osus ab odi esse videtur. Sed osus exosus perosus nomina sunt in Ser-
uium: et accusatiuo figurate coniunguntur Plautus in amphitrione. Osa suz
inimicos meos. Virgili⁹. Lucemq; perosi. Quidius. Tedas exosa iugales.
Valerius maximus de Sceuola. Perosus em credo dexterā suam: q; ei⁹ mi-
nisterio incede regis vti nequiuisset iniectam foculo exuri passus est.
Casurpantur a neutris quandoq; in dus participia. Quidius
Que venit indigne pena dolenda venit.
Aiq; mihi dempto sine carendus est.
Strideo es di knyrschen
Sterto tis tui schlaffen. quando vero facit in pre-
to sternui: sciat quod vulgo dicimus sternutare. Plinius. Scitatio in ni-
talis est. sicut sternuisse accitur abortiuum.
Rudo is di schreyen z vye ein esel. sed rudunt etiam fu-
nes. vnde rudentes dicti: stridoq; rudentum.
Strido te di idem quod strideo.
Mico cas cui scheynen. Marcus Tullius officio
Tertio. Dignum esse dicunt: qui cum in tenebris mices.
Estuo as aui atum grosz hitz haben
Psallo lis li singen
Coquinisco scis conquessi das heubt neygen
Scando dis di steygen
Dego is gi leben
Mando dis di gebyeten
Scabo bis bi kratzen
Scalpo pis pfi est idem quod scabo
Paueo ues pau forchten
Luo is lui straffleyden
Glisco scis sine preterito z supino tzunemen
Lucillus apud Sallium. Luna ait ostrea implet et echinnos muribus: fibras
et pecu addit. eadem autem ipsa que crescente luna gliscunt: deficiente luna
contra deficiunt.
Tremo mis mui biben



Suro	is	insanini von synnen kommen
Luceo	ces	luxi leuchten
Pelluceo	ces	pellugi helleuchten
Toreo	res	rui doiren

A verbo communi quot participia deriuantur? duo. In actiua significatio ne tantum in ns et in rus. vt largiens qui donat vel donabat et largitur? qui donabit. Unum preteriti perfecti tam in actiua q̄ in passiuua. vt largitus. qui donauit et qui donatus est. Unum in passiuua tantū in dus. vt largiendus qui donabitur.

A verbo deponenti quot participia deriuantur? tria. Presentis. preteriti perfecti. et futuri in rus. vt sequens sequutus et secuturus.

Que deponentia habent quattuor participia? que communia olim fuerunt significantes actionem. vt loquendus sequendus vtendus. Quidius. Multa rogant vtenda dari. Valerius maximus. etiam Tribunus militum adulandus erat. Et sciendum inueniri aliquando participia preteriti temporis deponentibus verbis actionem significantibus passiuam habere significationem. Virgilius. Uno graditur comitatus Achate. Idem. Nunc oblita mihi tot carmina. Terentius. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.

Ab impersonalibus sunt ne participia? minime. nisi a tedet pertesus. Suetonius. Quasi pertesus ignauiam suam. leges etiam penitens et penitendus. pudens et pudendus. pigendus. libens. decens. que tamen magis nomina. Quin et pertesus ignauiam suam ausim dicere nomen cum accusatiuo figurate. vt lucemq̄ perosi. quia non habet pertesus casum verbi tedet quando dicitur pertesus ignauiam suam. non enim dicimus ille tedet ignauiam suam si tedet inuentur vnq̄ cum nominatiuo. sed potius illum tedet ignauie sue. vel (si licet cum nominatiuo ego em non memini legisse) ignauia tedet illū. vt ne plus minusq̄ facit. quod postea nos pigeat apud Terentiū. Et hei mihi non te hec pudet? et quem neq̄ pudet quicq̄. et an non penitebat te auctorē flagitij quod fecisset adolescens. apud eundem. Et quē seua pudebunt. apud Lucanum. quare quū actūs ignauia non regatur a pertesus ratione verbi tedet. quoniam nec per impersonale licet dicere illū tedet ignauiam. nec per personale ille tedet ignauiam. q̄ potius esset dicendum ignauia tedet illum. sicut quod postea nos pigeat. et non quod nos pigeamus. et sic in ceteris vt ostendimus. pertesus non est participium. sed nomen potius actō figurate adiunctum. vt ofus erosus perosus.

Quot modis participia transeunt in vim nominis? tribus. Constructione quando non habent casum sui verbi. vt abundans lactis nomen est abundans lacte participium. acceptus illi nomen est. acceptus ab illo participium. Virgilius. q̄ diues pecoris niuei q̄ lactis abundans. Quare et comparationem asiscunt. vt abundantior. acceptior. Compositione quando componuntur cōdictionibus cum quibus eorum verbum componi non potest. vt indoctus. innocens. non em dicimus indoceo. innoceo. Temporis vel amissione quando non significant tempus. vt amandus est optimus quisq̄. i. amari dignus vel imitatione. vt in participijs in rus quando resoluntur per preteritū imperfectum subiunctiuū. Quidius. expectem qui me nunq̄ visurus abisti? id est quod eo animo discessisti. vt me nō ampli⁹ videres. Valerius maxim⁹. Experiri enim volui si tibi propositum ex sententia parum cessisset: q̄ equo animo me ferro essem interemptura. i. q̄ equo animo me ferro interimere auderem. Seneca

de naturalibus questionibus. Nullam autem mentionem fecit cometarū nō
pretermissurus. si quid explorati apud illos cōperisset. non pretermisurus. i.
ita affectus vt non pretermitteret.

Participium quem casum postulat ante se: nullum. qm̄ nulla orationis ps
regit ante se: preter verbum. Post se quomodo construitur: cum casu verbi fut
vt tu qui euadis doctus gaudebis. tu euadens doctus gaudebis. ego qui in
digeo doctrine. incumbo literis. Indigēs ego doctrine incumbo literis. ada
mo te: qui mihi inseruis. adamo te in seruientē mihi. Non vidi quēq; q̄ sit stu
dio nihil consecutus. Neminē vidi studio nihil consecutū. **P**uer qui prestas
condiscipulos om̄nis ingenio: tene memoria illd. **S**ocratis **κακησ φιλομα**
θησ εση πολυματες. **P**uer prestans ingenio condiscipulos om̄nis etc.
Nobis qui gaudemus virtute multi inuident. nobis virtute gaudentib; mul
ti inuident. Seruire deo preter cetera interest om̄nū: qui viuunt. **A**uentium
om̄nū interest deo preter cetera seruire.

In quid resoluitur participium: in relatiuum et verbum. vt amans: id ē qui
amat vel amabat. nonnunq; resoluitur in verbum: et dum vel postq;: vel et:
quoniam vel cum: et similia vt preceptore legente discipuli discunt. id est dū
docet p̄ceptor z hoc dico interijt. i. postq; hoc dixit. vel elegantius quū hoc
dixisset: excessit e vita. **I**tem legens disco. id est lego et disco. et veniens vidē
id est quum venirem.

Quando participio vti non licet: quum in nominatiuo esse relatiuum non
potest. vt io allegante to so piu ponero de **L**odro. ego tu qui gaudes suz pau
perior **L**odro. et la grammatica insignata da me ad te: te sarra honore et vti
le. grammaticae quam doctus fuisti a me erit tibi honori z commodo. **I**tem la
camisa spogliata ad te dal tu fameglio audare ad lauare al. **P**ole tua nutris
cia indusium. quo tū spoliatus fuisti a tuo ministro. ibit lotum ad **E**ridanum
nutrix tua. **E**t libri mei da essere cagati ardui muli dal tuo mulactero: manda
ro allacitate di. **V**enetio o a **R**oma al piu presto. **L**ibros meos: quib; duo mu
lti onerabuntur a mulione tuo: mittā breui vel ad vibem **V**enetias vl **R**omaz

Dic per oneroz quando est tertie speciei. vt scriboz dicoz libros. qui onera
buntur a mulione tuo duobus mulis: mittam breui ad vibem **V**enetias aut
Romam. et sic licet dicere per participium. libros meos onerandos mulis
multis a mulide tuo mittam in **H**ispaniam. **P**reterea non licet vti participio
quando non est. vt io ho hauuto multe volte compassione. ad **Q**uidio bande
zato in ponto. **S**epe sum miseratus **Q**uidium. qui exulauit in ponto. **I**tem
tu impari certamente volentera la grammatica studiata da me. discis tu qui
dem non inuitus grammaticam. cui ego studui. in his non vsi sumus partici
pijs. quia nec exulo habet exulatus. nec studeo habet studitus. atq; ideo dixi
mus per relatiuum et verbum.

Dic vulgaria participiorum omnium. **A**mans amante id est chi ama o chl
amaua. **A**maturus. de amare id est chi amara et per de uere amare. essendo p
amare et hauendo ad amare. **A**matas amato id est chi e stato. o chi era stato
amato. essendo stato amato. **A**mandus da es re amato id est chi sera amato.
et per essere amato. hauendo st ad amarem. o hauendo ad essere amato. essen
do per essere amato. et sic in ceteris.

Participium absolute in quo casu ponitur: in septimo si reperitur. vt stu
diando io greco z hebraico tu and auī assollazo. **S**tudente me grecis ac inda

icis literis. tu deambulare. id est dum vel donec ego studebam. Si vero non reperitur dicimus per verbum et dum vel donec vel post q̄. vt venuta la estas te multi se amalano. post q̄ venit estas plurimi egrotant. et partita la inuerata nata. vel la prima vera. Ubi discessit hyems ver aduenit. hic non licet dicere per septimum casum. quia venio et discedo non habent participia preteriti temporis. quanq̄ apud uetustimos inuenitur discessus. et alia que nunc penitus exoluerunt vt interitus obitus.

¶ Quare etiam hic septimus casus appellatus est a nonnullis ablatiuus in consequentia: quia necessario huiusmodi ablatiuum consequi aliquid debet vt sole oriente fit dies. id est solis ortum sequitur dies. Et grecis ilion obsidētiuus victi sunt ilienses. id est propter obsidionem grecorum secuta est victoria de iliensibus. quando aut̄ dicimus. te sedente ego sto. non est necesse mestare dum tu sedes. non erit igitur ablatiuus in consequentia. nisi in consequentia dicitur. q̄ cōsequi omnino aliquid debet ex quo pficiatur oratio. S; dicas tu potius vel septimū casum. vel ablatiuū absolute positū.

¶ Que participia poni possunt absolute in ablatio: presentis et preteriti imperfecti. i. in ns. Preteriti perfecti et plusq̄ perfecti. i. in tus sus rus. que frequentissime inueniuntur in septimo casu. exempla vltra se offerunt. vt te ventente die. te decedēte canebat. et sublata beniuolentia amicitie nomen tollitur. et huiusmodi infinita. Item futuri in rus sed rarissime. ego bis tantum meminisse. Lucanus in primo. facilem venturo Cesare predam Ignaue liquere manus. id est quum esset venturus Cesar Valerius maximus libro primo. Id luce proxima consulibus sacrificio vel expiaturis. si posset auerti. vel si certuz deorum etiā monitu visum foret. executuris hostiarum extra somnio cōgruerunt.

De Patronymicis.

Quid est patronymicum: quod proprie a patre deriuatur secundum formam grecam. et signifi a filium vel nepotem. filiam vel neptem patris sui. vt hic Priamides filius Priami vel nepos. Hec Priamis filia nepotis Priami

¶ Quare dicendū poti⁹ patronymicū per γ χιλον q̄ patronomicū p o partiuū: q̄ que cōponuntur ab ονομα mutant primū ο μικρον in ω μεγα. secundū uero γ χιλον. sic ab ιερος et ονομα. Hieronymus quod sacrum nomen interpretatur a συν et ονομα Synonymum.

¶ Nonne etiam ab alijs q̄ patribus patronymica deriuantur: quidni sed raro et abusive. vt a matribus. sicut est iliades. id est Romulus ilie filius. ab auis maternis. vt atlantides Mercurius filius Maie atlantis. a fratribus. vt phaethontides sorores phaethontis. vel melius filie. quia phaethon sol quoq̄ dicitur: ab vrbibus. vt heliades ab heli ciuitate arcadie. a gētibus. vt troias. a regionibus. vt Colchis. a montibus. vt pelias a pelio monte. a regibus. vt Romulide. id est romani.

¶ Sūt ne deriuari patronymica a proprijs patz latinis vt Saturn⁹ Jupit⁹ Mart⁹ Mercuri⁹ Sol: minie. nā et in his silib⁹ dicendū ē fili⁹ vel nepos Saturni Iouis Martis vel per possessiuū Saturnius. Ioui⁹ Martius. nā p patronymicis possessiua inueniunt apud latinos usurpata. vt emilian⁹ Scipio. i. emilij filius. Octavianus cesar. i. Augustus octaui filius. dicitur et octaui⁹. Virgili⁹

eneides facta dieresi. theseis eneis deducet penultima corripit. qz ε εψιλὸ νο
calis sp breuis apud grecos. Quare sciat necesse ē a masculinis θεσκηδισα
νηδισ que a gto ionico θεσκησ κινησ (vt supra ē dictū) formantur derivant
θεσκησ κινησ δι abiectiōne. vñ nos theseis eneis accepim⁹ penultima longa.
Nec me pterit κινηδισ melius ab κινηαδισ esse αποβολη τηνα qd a gto
κινηισ formā qz ab κινησ gto ionico. nusqz em legit vt doctissimi qz d.
cūt κινηισ. vñ avud Virgi. Ecce adasqz meo nomē de nomine fingo. Et quis
genus eneadū: ab κινηαδισ est. o diphthongo ειη exclusa vt dozes faciunt
Quare loco eneis alijs p exēplo ponat patronymicū vt Achilleis. Siphēis.
z filia a grecis in ενσ: q si qz fuerit penit⁹ expers lřax grecay: nesciet fo rare
Adde qd achillides a dō achilli latine formaret grecay lřax rudis penul
tima correpta. sicut Amēnoīdes. Atlantides a dōis antenoi. atlanti. cū te
trasyllabū ppter pplexionē penultimā pducatur. Preterea a latōe latonades
faceret patronymicū q nesciret latonā grece κλητω της λιτοσ λετουσ dici.
Uñ latoides patronymicū foari ait Priscian⁹. Statius primo thēbaidos.

Dum morior depellegiobum. fors equa merenti eis

Respicit: ardentem tenuit reuerentia cedis

Latoiden. Quidius. Preteritas cessasse ferunt latoides aras.

αρχιουεις τουσ τεσσαρες αγωνασ.

Ζηνοσ λιτοιδαο παλαιμονοσ αρχεμοροιο λιτοιδαο προ λιτοιδου
latoides eodē modo: si a Dido. Wanto. Sappho. Calypso. et similibus patro
nymica formantur decipietur. Nam Didonides. Wantonides. Sapphonides
Calypsonides dicitur. cum sit dicendū didoīdes. mantoides sapphoides. cal
lypsoides: a grecis. διδοιδισ. μαντοιδισ. σαπφοιδισ. καλυψοιδισ
que a genitiuis. διδοοσ. μαντοοσ. σατφο. σκαλυψοοσ formantur muta
tione του οσ in ιδισ.

Preterea hōi noīa vix ausim ego declinare. vt Juno sed grece. Ne qz em
ait Quintilianus: Jam Calypsonē dixerim. vt Junonē. Quāqz secutos anti
quos. C. Cesar vritur hac rōne declinandi. Quamobrem discende sunt a pue
ris nostris necessario grece declinationes.

Qui latine hec patronymica decliare: ipsiqz vti voluerit quō poterit: Ver
tende sunt grece litere in latinas necnon diphthongi vel in nostras diphthō
gos. vel in vocales longas. et qd greci πριαμιδισ κινηαδισ ηλιαδισ.
μενοιτιαδισ πηλειδισ θεσειδισ. Item πριαμισ ηρινη ηλιασ μενοι
τιασ πηληισ θεσεισ dicunt. Nos priamides. eneades. heliades. meneti
des. pelides. thesides. priamis. Herine. Helias. menetias. peleis. theseis.
dicamus. Sed duo nouissima. et cetera id genus penultimā modo producant
modo corripunt. Nisi a πηλειδισ θεσειδισ facta dieresi: τηδεις θεσει
deducunt: que nos in latinū vertentes peleides. theseides sine syneresi. z pe
leis. theseis dicimus: corripunt. sed penultima breui raro legi apud Romanos
nos hōi patronymica vero longa sepissime.

Vive precor: nec tu diuinam eneida tenta.

Et tamen ille tue felix eneidos author

Transtulit in tyrios ar a virumqz toros.

Sumpserit eneidem genitrix vbi prima: requirit

Sta.
Quidius
Idem

Eneadum gentrix unde sit alma Venus.
Res quoque tanta fuit quanta subsistere summo
Eneidos Vati grande fuisse tonus.

Idem

Atque celer venias: virid' ei3 nereidos oro.
Herei te vereor: tua fulmine seuior ira est.
Lusit nereidum facilis chorus equore toto.
Tum visa procul de littoze mater. Hereis.

Idem
Martialis
Sta.

In his eneis nereis penultima et pducta et correpta deprehendunt. Sed de eneis (ut supra dixi) alia ratio est. nam qui corripit est quod ei ei diphthongus diuis dicitur per dieresim. quibus vero pducit fit. quod ei in h conuertitur ΙΩΝΙΚΟΣ sic ΑΙΝΕΙΣ ΑΙΝΗΙΣ: unde nos eneis penultima longa. Cetera sepe legi penul. pducta. Iuuenas.

Semper ego auditor tantum: nunquam ne reponam
Uexatus toties rauci theside Lodri?

Briseis vultum quamuis auersa iaceret. M. Et sic fere vbiq.

Preterea que apud illos prime sunt declinationis: sunt itidem apud nos prime. ut ΘΗΣΕΙΔΕΣ ΤΟΥ ΘΗΣΕΙΔΟΥ hic Thesides huius theside. Que item apud illos secunde declinationis sunt: apud nos grece declinentur mutatis tamen litteris grecis in nostras. ut Η ΝΗΡΙΝΗ ΤΗΣ ΝΗΡΙΝΗΣ. hec nerine. huius nerines. Quamquam η τ α duplex epsilon: sicut ω μεγα. duplex omicron esse existimo: et non i: sed e sonare debere. Quare dictiones grecas in quibus est η littera: perperam nunc pronuciari ostendemus in fragmentis grammatice. Item que apud grecos quinte sunt declinationis. nos in nostram tertiam transferamus. ut Η ΠΡΟΙΤΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΙΤΙΔΟΣ. hec pretis huius pretidis. Quare hinc etiam colligimus necessariam esse litterarum grecarum cognitionem hominibus nostris.

Inueniuntur ne poete et addere et detrahere syllabas patronymicis: maxime. Virgilius. Tum phactontidas musco circumdat amare Loricis: pro phactontidas. Quidius. Sedit atlantides pro atlantides. Virgilius. Scipidas duos bello pro scipionidas. Idem sit satis enide telis impune Humani oppetisse tuis peneade. nam eneas a quo derivari videtur non puto inueniri.

Quare poete modo detrahunt: modo addunt patronymicis syllabas: propter metrum. et maxime quando brevis syllaba inter duas longas comperitur. que esse in heroico versu non potest. ut atlantides. phactontides. quod et greci faciunt Homerus. ΜΗΝΗΝ ΑΕΙΔΕΘΗΑ ΠΗΛΗΙΑΔΕΩ ΑΧΙΛΛΕΟΣ ΙΙΟ ΠΗΛΗΙΑΔΟΥ. Si quis est qui vbi non nisi latine instituitur pueros: grece formasse patronymica nos accuset: ne sit nescius velle nos: et grece et latine simul institui adulescentulos. ita tamen ut a sermone latino etate nostra incipiant. nec multo post una et Romanis literis et grecis incubant. sed tunc potissimum vbi eas orationis partes: que inflectunt declinare latine didicerint. quod si asseruarint diligenter. cum ad patronymica nostra ventum fuerit. quecumque ibi scripta a nostris sunt: facile intelligunt. Utrum autem sic institui pueros sit necessarium. nec ne viderint docti. Nos certe per necessarium non arbitramur solum: sed etiam contendimus.

De figuris.

Facturus etiam opere precium mihi video: si de figuris hoc loco que a grecis σχήματα appellantur breuiter scripsero: atque id tantum attigero.

quod ad puerorū institutionem facere videatur.

Quid est figura? Quintilianus inquit figura est sicut nomine ipso p̄tz. cō-
formatio quedam orationis remota a cōmuni. idem. Sit ergo figura aliq̄ ar-
te nouata forma dicendi. possumus etiam sic diffinire Figura est vitium cū ra-
tione necessitatis ornatusue gratia permissum.

In quorū partibus diuiduntur figure? in duas. nam aut τὸν λόγον sunt id est
verborum vel dictionis vel elocutionis vel sermonis vel orationis. aut τῆς
Διανοίας: id est cogitationis et sensus τῆς Διανοίας figuras quorū esse aut
Oratorum tantum. τὸν λόγον grammaticorum. et diuiditur τὸν λόγον in
τις εἰρησ: in figuras dōis elocutōis et constructōis. Illud non esse si-
lentio pretereundum censeo: figuras om̄eis penes quinque grecorum lin-
guas attendi. ἰαδαδωριδα αθριδα αιολιδα κοινιν. Has relictis proprijs
versatur in tropis. Dōis et singulis partibus orationis nunc adiectioni:
nunc breuitati studens: facit barbarismos. Atthis breuitate gaudens ad-
mittit solecismos. Solis supra modum copiosa est: amatq; per circuitum
verba proferre. Cuius vitium σχημαδιανοιασ appellat. Communis est
in qua omnes idem sentiunt.

Quod in primis ē aduertendū: vt Barbarismus et Solecismus euitentur.

Quid est Barbarismus? parsonis vitiosa in cōi sermone In poemate ve-
ro metaplasmus d̄. an Augusti Cesaris etatē an barbarismū dixerint qui pu-
reatq; integre locuti sunt se non inuenisse Sallius scribit. apud antiquos non
barbare sed rustice loqui dicebant. quos nunc loqui barbare dicimus. et rusti-
cus sermo qui nunc barbarismus appellatur.

Quid est Solecismus? impar et inconueniens p̄positura partiū orationis
σχημαλογον: si cum doctri fecerint dicitur. ab Asino Capitone: et eiusdem
etatis alijs imparilitas a venustioribus latinis scribilio dictus est. nam
στρεβλοειν deprauare est. et στρεβλος prauus. Sallius h̄o neq; solecismū:
neq; barbarismū: sed sicut βαρβαρον ita σολοικον legisse se apud grecos
in noctibus refert. Idem antiquiores nostros solecū facile dixisse memi-
nit. solecismum vero vero haud scire an vnq; dixerint Quod si ita est: neq; in
greco neq; in latino probe dici solecismum putat. sed aut imparilitatem aut so-
lecum. sed nunc et barbarismum et solecismum dicimus. Iuuenalis. Solecismū
liceat fecisse Marito.

Ande solecus dictus? a solis orbe Cilicie: qd̄ eius incole Atheniensib; vi-
tiose loqui visi sunt: et σολοικισειν qui ita loquerentur dicti.

Quomodo rustice et barbare quis loquetur? si barbaris vocabulis vsus fue-
rit. At si dixerit tregnam et guerram pro inducijs et bello. Item si dictiones
inuertat. vt si pro disciplina displiciam dixerit. et stere et fille pro stelle fixe.
et aliquibus penultima longa: quum debeat corripī. Aut annona idolon pen-
ultima breui: quum sint producenda.

Vitia oris et lingue. in quibus esse literis possunt: in singulis. nā si crasse
lota pronunciauerit quis. iotacismū faciet. Si h̄o L. lambdacismū. Item si
M. plus equo pronunciarit: faciet metacismū. preterea a vocis gracilitate isch-
notesia est: a nimio vero hiatu vocis platiasmus.

Chilostomia aut fit quū in summis labijs vox scinditur. Quia igit q̄ plus
equo: minusue sonantia ab eruditis auribus respuunt cauenda sunt.

Quomodo solecū. aut vt nunc dicimus solecismū quis faciet? Si loquetur incongrue. vt si dixerit quale est pater mea: mater meus. Virgili⁹ scripserūt. Ego doceo tibi grammaticam.

In quo a solecismo differt barbarismus? hic in dictione tantum fit. ille vero in oratione:

De figuris dictionis.

Syncopa de medio tollit: quod epenthesis auget.

Extincti vt me: teq; soror magna induperatrix:

Troiuenumq; dolos nosti Danaortis in antro.

Aufert Apocope finem: quem dat Paragoge:

Ut sat erit magicas me inuitam accingier artus.

Troius heu domine miseram me occiderit hospes.

Prothesis apponit caput: hoc Apheresis aufert.

Enate renarro tuam mittas iam linquere matrem.

Discite iusticiam moniti: et non temnere Diuos:

Corripit vt steterunt ducendam Sistolam vocem

Ectasis Italiam producit corripendam.

Dicit et insanis vitam dederitis in vndis.

Dederitis dices latialiter ac dederitis.

Aulai in medio libare Dierefsis: atq;

Virgilius cecinit rus: syluasq; duces.

Et qui magna fuit peligne gloria gentis.

Nunc quoq; te saluo persoluenda mihi.

Estq; Synereseos delectos fulmine Pheron.

Fixerit eripedem ceruam Tyrinthius heros.

Gramma tibi antithesis pro grammate ponit: vt olli

Inquit subridens hominum sator: atq; decorum.

Eclipsis necat m. perimit Synalepha vocalem.

Littoa: multum ille et terris iactatus et alto:

Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur.

Methathesisq; est transformatio litterularum

Ut tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

De figuris constructionis. et primo

De Prolepsis.

Prolepsis que latine dicitur presumptio premitit totum. partesq; post ponit. vt apud Quidium. Atq; ita semineces partim feruentibus art⁹. Mollit aquis. partim subiecto torruit igni. id est coquit artus partim mollit aquis partim torruit igni. nam mollire aquis feruentibus et torrere igni 2 coquere est. sed euidentior est apud Virgilium.

Interea reges ingenti mole Latinus.

Quadrijugo vehitur curru: cui tempora circum

Aurati bis sex radij fulgentia cingunt.

Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis

Bina manu lato crispans hastilia ferro

Hinc pater Eneas Romane stirpis origo

Sydera flagrantem clipeo. et caelestibus armis.

Et iuxta Ascanius magne spes altera Rome. Procedunt castris.

In Prolepfi quinq; esse oportet. Totū. vt reges. Partes eius vt Latinus Turnus Eneas Ascanius. Determinationes partium. Latinus vehitur curru quadrijugo. it Turnus in albis bigis. Eneas flagrans sydereo clipeo et caelestibus armis et iuxta eum Ascanius magne spes altera Rome. Proprietates procedunt castris. Dido. vt precedat totum. vt Reges. Sequantur partes. vt Latinus Turnus Eneas Ascanius.

Est aut Prolepfi duplex. Explicita in qua omnia inueniuntur que esse in Prolepfi oportet. vt equi concurrunt. hic a dextra. ille a sinistra parte hippodromi. Implicita est in qua aliquid conticetur. vt vos inuidetis alter alteri. deest et alter alteri. Item alter alterius onera portate. deest et alter alteri. vt portate onera alter alterius et alii alterius. Et apud Quidiū. Alter in alteri iactantes lumina vultum. Querebant taciti noster vbi esset amor.

De Syllepfi.

Syllepsis que latine dicitur Conceptio: et comprehensio Est diuersarum clausularum vel per vnum verbum: uel per adiectiuum pluralis numeri conglutinata conclusio. vt sunt nobis mitia poma. Castanee molles et pressi copia lactis. id est poma mitia. Castanee molles et copia lactis pressi sunt nobis vt pluralis numerus concipiat singularem. ita tamen vt pluralis precedat. nam aliter esset Zeugma. vt Amaryllidi et lac et castanee placuerunt. et nihil ne nocturnum presidium Palatij nihil horū ora vultusq; mouerunt. quod exemplum in Zeugmate ponit Diomedes. et Hypozeugma appellat. Dices etiam per Syllepfin Ferdinandus Rex et Elisabeth Regina Hispanie homines q̄ iustissimi Beticā: que Granata nunc dicitur. urbem et maximam et munitissimam et bellicosissimam opulentissimamq; decem ab ipsis annos obsessam: et nūc q̄ antea a Christianis debellatam. atq; ideo summis laudibus: summoq; honore dignissimi. Anno a natiuitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo quarto nonas Ianuarias expugnauerunt.

In Syllepfi quinq; esse oportet. Dictionem concipientem. Dictionem conceptam. Copulam. Verbum. vel adiectiuum pluralis numeri. quā iuniores proprietatem appellant. et quod respondeatur dictioni concipienti. vt Rex et Regina Hispanie principes optimi. Dictio concipiens. Rex. Concepta. Regina. Proprietates optimi. Copula et res. onsisio proprietatis ad Regem.

Quot sunt species Syllepseos? septem. Est enim prima Syllepsis in genere. que fit quum masculinum genus concipit femininum et neutrum. vt Rex et Regina iustissimi. Dominus et mancipia pugnaces. Aut quum femininum concipit neutrum: vt hinc leges et plebiscita coacte.

Secunda Syllepsis est in numero. quum pluralis numerus concipit singularem. milites et imperator fortissime pugnauerunt.

Tertia Syllepsis est in persona. que fit quum prima persona concipit secundam et tertiam: vt ego et tu et preceptor errauimus. secunda concipit tertiam. vt tu et preceptor magnopere errauisti.

Quarta Syllepsis est in casu. que fit quū nominatiuus comprehendit ablatiuū cum prepositione cum. vt Rhemo cum fratre Quirinus iura dabunt. id est Quirinus et frater Rhemus.

Quinta Syllepsis est indirecta. que fit quando verbum concordat cum ablatiuo cum prepositione cum. et ablatiuus concipit nominatiuum. vt hanc
cum Genitor cunctis celebrabitis annis. et Iphitus et Pelias mecum di-
uellimur inde.

Sexta Syllepsis est implicita: que fit quando demonstratis mare et femina
per distributiuum et partiuum nomen masculini generis comprehendit etiam femina
vt vterque horum est iustus. et apud Virgilium.

Est mihi nanque domi pater: est iniusta nouerca

Bisque die numerant ambo pecus: alter et hedos.

Id est Nouerca eodem modo nullus homo currit. altera est Syllepsis impli-
cita. vbi nullus comprehendit etiam feminam. quare qui dicunt omnis homo
currit. et nullus homo currit. non esse contraria errant. quoniam nullus com-
plectitur etiam feminam in hac oratione. nullus homo currit. quemadmodum
omnis. in ea que dicit. omnis homo currit.

Septime Syllepsis est male coherentibus seu in improprie comprehensis.
que fit quando plura concipit verbum. ita tamen vt vni tantum conueniat. cetera vero im-
proprie complectatur. vt apud Virgilium.

Sacra manu victosque deos paruumque nepotem.

Ipse trahit. trahit licet nepotis tantum sit tamen et superiora concludit.
sed κατὰ ἄλλοτῆρον Sunt fortasse et alie Syllepseos species. sed ego non
plures septem inueni. et ne has quidem quesuissem. nisi legissem apud Ser-
uium. Sacra manu: victosque deos: paruumque nepotem. Ipse trahit septi-
mam esse syllepsin. et apud Fabium ultra presumptiones. Primam item
secundam et tertiam apud Donatum. et usque ad sextum Parelcon apud eun-
dem. An autem aliter: atque ego scripsi accipiantur Syllepseos species. ne-
scio. sic equidem tam diu sentiam. donec aut ipse melius inuenero. aut ab alio
didicero.

De Zeugmate.

Zeugma est vnius verbi vel adiectiui viciniore tam singularis quam plura-
lis numeri respondentis conclusio. ita coniuncta diuersis vt necesse sit per
supplementum singulis respondeatur. vt celi et terra mouenda est. vel celi
mouendi sunt et terra. id est celi mouendi sunt. et terra mouenda est. Item
hebrei sunt. et ego. id est. ipsi hebrei sunt et ego sum hebreus. Item errauit
ego et vos. id est et ego errauit. et vos errastis. Et nihil ne te nocturnum
presidium palatii. nihil vobis vigilie. nihil timor populi. nihil concursus
bonorum omnium. nihil hic munitissimus senatus habendi locus. nihil hor-
um ora. vultusque mouerunt. id est presidium mouit. vigilie mouerunt.
timor populi nouit. bonorum concursus mouit. munitissimus habendi sena-
tus locus mouit. ora et vultus mouerunt. Fabius ὁ ἑνὸν ἀπο-
pellat. quod fieri dicit quum vnum ad verbum plures sententie referuntur.
quarum vnaqueque desideraret illud. si sola poneretur. Volunt etiam esse
Zeugma quum remotiori proprietate respondet si sit quod remotum est
numeri tantum singularis. vt ego et tu et preceptor errauit. et tu errasti. et
preceptor errauit. quem loquendi modum apud approbatos legisse non
memini.

Quot modis fit Zeugma: tribus. In persona. vt ego non solum: sed etiam tu errasti. Preceptor. In genere. vt celi et terra mouenda est. In numero. nihil ne te hic munitissimus senatus habendi locus. nihil horum ora. vultus mouerunt.

Quot esse oportet in Zeugmate: quinq̃. Diuersa substantiua. vt celi et terra. Copulam. vt et. Proprietatem tam singularis q̃ pluralis numeri. vt mouenda est. et q̃ proprietatem viciniori respondeat. vt celi et terra mouenda est. vel celi mouendi sunt et terra.

In quo differt Zeugma a Syllepsis: in Zeugmate proprietatem ita viciniori respondet. vt singulis postea reddenda sit. et tam singularis q̃ pluralis numeri esse proprietatem potest. Per Syllepsim vero non ita. nam nec viciniori respondet. nec numeri esse singularis potest nec vt singulis vt in Zeugmate reddatur oportet. sed omnia ab vno verbo vel adiectiuo concipiuntur. atq̃ ideo συλλησις a grecis. a nostris Conceptio appellatur. Dices enim per Zeugma. Socijsq̃ et rege recepto. et socijsq̃ et recepto rege et socijs: et rege socijsq̃ receptis. id est rege recepto et socijs receptis.

Item hic illius arma. hic currus fuit. et hic currus fuit et arma. et hic fuit currus et arma. et hic currus et arma fuerunt. id est hic currus fuit. et arma fuerunt.

Per Syllepsim vero. socijsq̃ et rege receptis. et hic illius arma hic currus fuerunt. Valerius autem vsus est in singulari. libro primo. quū dixit de motu et voce percepto.

Quot sunt spēs Zeugmatis: tres. Hyperzeugma quum proprietatem preponitur. vt si erravi ego et tu. Messozeugma quum proprietatem interponitur. vt si ego erravi et tu. Hypozeugma quum postponitur proprietatem. vt si ego tu quoq̃ errasti.

De Synthesi.

Synthesis fit in vitio vocali: quū verbum vel adiectiuū discordat in voce ab eo cui redditur: et concordat in significatione. vt pars in frustra secant: et gens armati. Tria esse oportet in Synthesi. vnum subiectum proprietatem et quod proprietatem ita respondeat subiecto. vt ab eo discordet in voce. et concordet in significato: vt anser feta.

Sit Synthesis in genere tantum. in numero tantum. in genere et in numero simul. In genere tantum. vt Preneste sub ipsa. in Eunuch: in suam. Centauro vehitur magna. In numero tantum. vt Turba ruunt. Pars in frustra secant. In numero et in genere simul. vt gens armati. Turba proterui.

Virgilius.

Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.

De Antiptosi.

Antiptosis fit cum casus pro casu ponitur. vt sermonem quem audiistis non est meus. sermonem pro sermo.

Item populo vt placerent quas fecisset fabulas. pro fabule. Et urbem quam statuo vestra est. urbem pro urbs.

In Antiptosi quot esse oportet: tria. Vnum subiectum. vt urbem. Vnam

proprietatem. vt est. Et q casus pro casu ponatur. vt vibem pro vibs.

De Euocatione.

Quomodo fit euocatio? cum prima persona vel secunda euocat ad se tertiam. vt ego Virgilius scribo. tu Cicero oras. Nos homines erramus. vos pueri non legitis: Et troes te miseri ventis. maria omnia vecti oramus id est nos troes oramus.

In Euocatione quattuor esse oportet. Dictionem euocantem prime vel secunde persone. Dictionem euocatam tertie persone. Proprietatem et absentiam copule. vt tu puer infans.

De Appositione.

Appositio quid est? immediata conunctio substantiuorum quum alterum ponitur ad declarationem alterius. vt ignauum fucos pecus a presepiabus arcent.

Quot modis fit appositio? tribus. Gratia restringendi generalitatis. vt aial equus currit. Gratia remouende equiuocationis. vt comedi canē ꝛ iscem. Gratia proprietatis attribuende. vt Lesar vir magno ingenio.

De Synechdoche.

Quomodo fit Synechdoche? quum ponitur pars pro toto. vt ethiops albus dentes. mulier trunca manum. Sit etiam per verba. vt expleri mentem nequit Dido. Item doleo caput. quum vero ex vno plures intelligimus ex parte totum. ex specie genus. ex precedentibus sequentia vel contra. Est alia Synechdoche. que est significatio pleni intellectus capax quū plus minusue pronunciat aut em ps tota: parua de parte cognoscitur. vt puppesq; tue. pubesq; tuorū. a puppibus em naues significat. a pube vero iuuentutē omnē. aut ps de toto. vt ingens a vertice pontus in puppim ferit. non em totū pelagus. s; pars pelagi ferit in puppim.

Item fontemq; ignemq; ferebant. In hac figura plurimū valet numeroꝝ illa libertas vt ait Fabius. nam ꝛ Lilius sepe sic dicit. Romanus prelio victor. Et Virgilius hostis habet muros. Idem. et armato milite complent. ꝛ Romani victores. hostis pro hostes. milite pro militibus. Et contra Cicero ad Brutum. populo inquit imposuimus. ꝛ oratores visi sumus. quum de se tātū loqueretur.

Quot esse oportet in Synechdoche quum est figura constructionis? tria. Totum. vt ethiops. Partem que semper fit casus accusatiui. vt dentes. Proprietatem. vt albus. Inuenitur etiam pars in ablatiuo. vt crine ruber. niger ore. breuis pede. lumine lesus.

Et notandum q quum dicimus oculos suffusa nitentis. et id genus ꝛ participiū: non est Synechdoche. sed greca constructio.

Hec de figuris satis esse duxi erudiendis pueris: nam eas quas eloquentiſſimis esse ꝛ sermonis ferunt: consulto pretermisi. tum ne multitudine preceptiſſimum confunderem ingenia ediscientium. tum quia de illis a multis est copiosissime: accurateq; perscriptum: qui si sic omnia que sunt erudiendis pueris neces-

saria complecti essent consulissent labori meo. has enim grammaticas institutiones non sponte venimus ad scribendum. sed pene coacti tum amicorum rogatu: tum quia domi semper aliquem habemus erudiendum. Nam grammaticos libros qui essent instituendis pueris accommodati: nondum quisquam in eo quidem iudicio scripsit. quandoquidem hic est sane quod brevis et concisus: ille admodum diffusus et vanus. alius perineptus et durus. Et si sunt qui et docte et accurate scripserunt. tamen (dicam enim quod sentio) mihi certe non satisfaciunt. Quod si quemadmodum ex tanta grammaticorum copia nemo mihi adhuc placet. ita neque ego sum alijs placiturus. id tamen fuero commotus securus quod mihi metipsum satisfeci. qui quo maxime indigeam ad breuiter commodeque docendum mihi conquisiui. At si forte ceteris quoque satisfecero laudetur Christus Jesus qui mihi dedit: quo et placere possem. et prodesse hominibus.

¶ Habes studiosa pubes germana: rudimenta grammatices ad archetypum recognita Aldi Manutij Romani viri de literis latinis bene meriti summo opere enim nititur que feda scabra hiantia insulsaque sunt expolire. et bonis artibus pristinum suum nitorem reparare. Nunc ergo o iuvenes ex hac fida. et non minus utili quam breui grammatica: ceu ex proprio fonte haurite delibateque aquas. peregrinas autem viles lacunas deuitate. Omne enim malum studijs inseminatum. fere est ut auctorum latinorum literis. ipsisque quantumcumque luculentis auctoribus dimissis. ad aridos ieiunos barbarosque auctores. quorum nomina silentio preterimus. non enim digni sunt ut de eis verba fiant. sese plusculi scholastici errore ducti conferunt. Sed nunc dilectissimi alumni melius studiozum consulite vestris rebus. et hanc grammaticam placido vultu excipite. consequens est ut discipline bone redeant omnes. Bonas autem disciplinas morum probitas. et vite decor concomitatur: omnisque virtus. quod mirum in modum studijs optamus et precamur.

Ex officina Melchiaris Lottheri. Anno
a reconciliata diuinitate Millesimo
quingentesimo decimosexto.

Maria:
Inter aures lucidus si motu indice cunctes
Inter quadrupedes gloria prima lapis

Handwritten signatures and flourishes in cursive script, including a large decorative flourish at the top.


155277

ULB Halle 3
003 861 813


Handwritten initials 'SL'







Com. Lat. tres de
Com. Im. 1460 de
Aldi Manutij Ro

**mani summo viri ingenio et singu
lari doctrina lucubrationes Grā
maticæ. iam secundo formis niti
dioribus expresse.**

Don. Paul. de. S. S. S.

*Oratio dominica et duplex salutatio ad virginem
gloriosissimam*

Symbolum apostolorum.

Diuit Joannis Evangeliste Evangelium.

VITVS, VVERLERVS,

Grammaticæ qui cunq; cupis cognoscere partes
Ne labes annos: occupet vlla: tuos
Sæpius hunc volu as studio: studiose libellum
Quem Roman a dedit: cum probitate: manus
Aurea sic veterum - referas monumenta: virorum
Quicquid et obscurum - lingua latina - tenet.

Liptzk Impressit Melchiar Lottherus
**Anno dñi Millesimo quingentes
simodecimo sexto.**